Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Biblia Latina - Cod. Aug. perg. 154

[Reichenau ?], [14. Jh.]

Epistola ad Tytum: prologus

urn:nbn:de:bsz:31-42065

Visual Library

gistros prurientes auribꝫ · Et a ueritate
quidem auditum auertent · ad fabulas
autem conuertentur · Tu uero uigila · in omnibꝰ
labora · opus fac euangeliste · ministeri
um tuum imple · sobrius esto · Ego enim iam
delibor · et tempus mee resolutionis in
stat · Bonum certamen certaui · cursum
consummaui · fidem seruaui · In reliquo
reposita est michi corona iustitie · quam red
det michi dominus in illa die iustus iudex · non
solum autem michi · sed et hiis qui diligunt
aduentum eius · Festina uenire ad me
cito · Demas enim me dereliquit · dili
gens hoc seculum · et abiit tessalonicam
crescens in galatiam · tytus in dalma
tiam · Lucas est mecum solus · Mar
cum assume et adduc tecum · est enim mi
chi utilis in ministerio · Tychicum autem misi
ephesum · Penulam quam reliqui troa
de apud carpum · ueniens affer tecum
et libros · maxime autem membranas · Alex
ander autem erarius · multa mala mi
chi ostendit · Reddet ei dominus secundum opera eius ·
Quem et tu deuita · Valde enim restitit uer
bis nostris · In prima mea defensione nemo
michi affuit · sed omnes me dereliquerunt ·
Non illis imputetur · Dominus enim michi astitit
et confortauit me · ut per me predicatio im
pleatur · et audiant omnes gentes · quam
liberatus sum de ore leonis · Liberauit me
dominus ab omni opere malo · et saluum faciet me in
regnum suum celeste · cui est gloria in secula
seculorum amen · Saluta priscam et aquilam
et onesifori domum · Erastus remansit
corinthi · trophimum autem reliqui infir
mum mileti · Festina ante hyemem uenire ·
Salutant te eubolus et pudens et lin
et claudia et fratres omnes · Dominus ihesus christus cum
spiritu tuo · Gratia uobiscum · Amen ·

Explicit epistola ad thimotheum ii · In
cipit prologus ad epistolam ad
Tytum · Tytum
commonefacit et instruit de constitu
tione presbiterii · et de spirituali conuersa
tione · et hereticis uitandis qui in scrip
turis iudaicis credunt et scribens de
nicopoli · Incipit epistola ad Tytum

Paulus seruus
dei · apostolus autem
ihesu christi · secundum
fidem electorum
dei et agnitio
nem ueritatis
tis que secundum
pietatem est
in spe uite eterne · quam promisit qui non men
titur deus · ante tempora secularia · mani
festauit autem temporibus suis uerbum suum
in predicatione que credita est michi · secundum pre
ceptum saluatoris nostri dei · tyto dilecto
filio · secundum communem fidem · gratia et pax a
deo patre et christo ihesu saluatore nostro · Huius
rei gratia reliqui te crete ut ea que desunt cor
rigas · et constituas per ciuitates presbiteros · sicut et
ego disposui tibi · Si quis sine crimine est · unius uxo
ris uir · filios habens fideles · non in accusati
one luxurie · aut non subditos · Oportet enim
episcopum sine crimine esse · sicut dei dispensatorem ·
non superbum · non iracundum · non uinolentum · non
percussorem · non turpis lucri cupidum · sed ho
spitalem · benignum · sobrium · iustum · sanctum · con
tinentem · amplectentem eum qui secundum doctri
nam est fidelem sermonem · ut potens sit
exhortari in doctrina sana · et eos qui con
tradicunt arguere · Sunt enim multi inobedientes ·
uaniloqui · et seductores · maxime autem
qui de circumcisione sunt · quos oportet redar
gui · qui uniuersas domos subuertunt ·